



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Priori Monasterii de Hikelingen, ejusque fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

terani 111. Non. Februarij, pontificatus nostri anno duodecimo.

*GVIDONI RECTORI  
Ecclesiae sancti Matthaei Senensis.*

**S**oler annuere fedes apostolica piis votis, & honestis petentium precibus favorem benivolum impetrari. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis precibus inclinati, personam tuam & Ecclesiam sancti Matthaei Senensis, in qua divino es obsequio mancipatus, cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis quae in praesentiarum eadem Ecclesia rationabiliter possider, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem libertatem quam venerabilis frater noster Bonus Senensis Episcopus eidem Ecclesiae provida deliberatione concessit, sicut in authentico confecto exinde plenius continetur, tibi & per te ipsi Ecclesiae auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostra confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani 1v. Kalend. Februarij, anno duodecimo.

*IOHANNI RECTORI  
Ecclesiae sancti Andreæ Senensis.*

**I**ustis petentium desiderii dignum est nos facilem præbere consensem, & vota à rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis precibus inclinati, concessionem parochia tibi & Ecclesiae sancti Andreæ Senensis pia liberalitate à venerabili fratre nostro Bono Senensi Episcopo factam, sicut piè ac provide facta est, & in ipsius authenticō plenius continetur, ac eadem Ecclesia eam justè obtineat & quiete, tibi & per te ipsi Ecclesiae auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostra confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani 1v. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno duodecimo.

*PRIORI MONASTERII  
de Hikeling, ejusque fratribus iam praesentibus quam futuris regularem vitam professi in perpetuum.*

**R**eligiosam vitam diligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne

forte cujuslibet temeritatis incursum aut eos à proposito revocet, aut robur, quod abfit, sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino fili, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium sanctæ Dei genitricis & virginis Mariae sanctique Augustini de Hikeling, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & praesentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum & beati Augustini regulam in eodem monasterio institutus esse dinoicitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter servetur. Præterea quaecunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in praesentiarum justè ac canonicè possider, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præsumum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, parochialem Ecclesiam omnium sanctorum de Hikeling, cum Capella beatæ Marie & omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam sanctæ Mariae & Capellam sancti Andreæ de Perham cum pertinentiis suis, Ecclesiam & Capellam omnium sanctorum de Hachetun cum pertinentiis suis, Ecclesiam de Hannewirche cum pertinentiis suis & decimis de Ruchon, jus quod habetis in Ecclesia sancti Iohannis Baptista de Wastonesham, jus quod habetis in Ecclesia sanctæ Margaritæ Norvicicensis sita in Vestovic, jus patronatus Ecclesiae sanctæ Margaritæ de Palinge, totam terram quam habetis de feudo de Palinge & de Vastonesham, terras & redditus quos habetis in civitate Norvicensi, terras & redditus quos habetis in villa de Gernemue, & annum redditum quatuordecim marcarum quas ex dono quondam Hamonis de Valenis debent vobis monachi de Gervalle nomine villa de Rocovic. Sanè novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis Clericos vel laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conversionem recipere & eos abique contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrū vestrorum post factam in monasterio vestro professio-

D d iij

nem fas sit sine Prioris sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Auctoritate quoque apostolica prohibemus ut nullus in vos vel monasterium vestrum excommunicationis vel interdicti sententias sine manifesta & rationabili causa promulgare, seu novis & indebitis exactionibus vos aggravare presumat. Christma verò, oleum sanctum, consecrations altarium seu basilicarum, ordinationes Clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, à dioecesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit & gratian & communionem sacrosanctæ Romanae sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. In parochialibus verò Ecclesiis quas habetis licet vobis sacerdotes eligere & dioecesano Episcopo praesentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, vobis verò de temporalibus debeat respondere. Seputuram quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremae voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuum corpora assumuntur. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Priore vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communī consensu vel fratribus major pars confilii sanioris secundū Deum & beati Augustini regulam providerint eligendum. Liberties praeterea & immunitates antiquas & rationabiles confuetudines Ecclesiæ vestra concessas & hactenus observatas ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Paci quoque & tranquillitatí vestra paterna in posterum sollicitudine providevolentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, manuere, seu

quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quo rum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolicae auctoritate & dioecesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona &c. usque subjaceat ultioni, Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus &c. usque præmia æternæ pacis inveniant. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij III. Non. Februarij, Indictione XIIII. incarnationis domini. anno M C C I X. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ IIII. anno duod.

PRIORISSÆ AC MONIALIBVS  
de Campesseia.

**I** Vtis potentium desiderii dignum est nos faciliter præbere consensum, & vota quæ à rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, dilecta in Christo filia, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & locum in quo divino estis obsequio mancipatae, cum omnibus bonis qua in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, & alia bona vestra, sicut ea omnia iustæ ac pacifice possidetis, vobis & per vos eidem loco auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani II. Non. Februarij, pontificatus nostri anno duodecimo.

AGEN NENSI EPISCOPO.

**V** Eniens ad præsentiam nostram nobilis vir R. Comes Tolofanus sua nobis exposuit questione se super processu Legatorum nostrorum multipliciter aggravatum, & licet bona memorie magister Milo Notarius noster gravia mandata eidem injunxerit &c. sicut in alia per totum, que scripta est in tertio tomo folio saprà + id est, qd. usque in finem. Datum Laterani VII. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno duodecimo.

E I D E M.

**S** Vper quibusdam mandatorum artisulis dilecto filio nobili viro R. Comiti